

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse
Band: 95 (2001)

Artikel: Der Zürcher Ablassstraktat des Albert von Weissenstein (1480)
Kapitel: De anno iubileo et privilegiis ipsius
Autor: [s.n.]
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-130311>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 15.10.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

De anno iubileo et privilegiis ipsius

65 Nunc de gratia anni iubilei aliqua breviter sunt notanda. Iubileus itaque
annus a veteri lege Deo iubente Levitici xxv institutus et dicatus et singulari-
bus privilegiis insignitus fore noscitur. Unde Dominus dixit: *sanctificabis*
*annum quinquagesimum, ipse est iubileus,*¹⁰⁶ significans statum beate resur-
70 olim revertebantur homines ad domos proprias, ita in anno iubileo spirituali
revertuntur homines per gratiam reconciliacionis¹⁰⁷ in domum suam sancte
matris ecclesie, a qua per peccatum alienati fuerunt, et tandem in domos cor-
porum suorum in beata resurrectione. Secundo in iubileo recuperabant homi-
nes hereditates distractas. Sic in hoc iubileo gratie restituet nobis Deus per
75 gratiam hereditates paradisi preclaras per peccata nostra distractas, iuxta
illud psalmiste: *Tu es, qui restitues hereditatem meam michi.*¹⁰⁸ Item in iubi-
leo servi fiebant liberi. Pari modo in iubileo gratie et glorie *ipsa creatura*
*liberabitur a servitute*¹⁰⁹ *corruptionis in libertatem glorie filiorum Dei,*
secundum apostolum.¹¹⁰ Iterum in iubileo terra quiescebat. Similiter in spi-
80 rituali iubileo quiescunt homines a cunctis laboribus peccatorum [7v] per
ipsius peccati abstinentiam, ut tandem in gloria requiescant a cunctis laboribus
et molestiis mentis et corporis. Ultimo in iubileo debita remittebantur.
Pariformiter in hoc nostro iubileo gratie omnia debita peccatorum quocunque
tempore contracta per penitencie sacramentum et has graciosas indulgencias
85 omni modo remittuntur. Porro, sicut olim annum iubileum precedebant sep-
tem septenarii, post quos immediate sequebatur annus quinquagesimus, ideo,
ut perveniamus ad verum iubileum gratie in presenti et glorie in futuro, debe-
mus nunc per septem septenarios transire. Unus est septiformis pugna contra
septem vicia, quia †vere mundus cara demonia diversa movent prelia†, sicut
90 olim filii Israhel contra septem gentes pugnabant. Unde Orienes: In eversione
Ierico dicitur populus universus iubilasse;¹¹¹ sic, *si intra te pugna geritur,*
dum caro concupiscit adversus spiritum,¹¹² *et si hec intra et*¹¹³ *consonent et*

¹⁰⁶ *Lev. 25, 10* sanctificabisque annum quinquagesimum et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae tuae, ipse est enim iobeleus.

¹⁰⁷ reconciliaicionis *im Druck.*

¹⁰⁸ *Psalm. 15 (16), 5*

¹⁰⁹ servitu e *im Druck*; t von Hand nachgetragen.

¹¹⁰ *Rom. 8, 21* quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.

¹¹¹ *Rufin. Orig. in Ios. 7, 2 (Sources Chrétiennes 71, Paris 1960, S. 196)* historia refert, quia non solum sacerdotes tubis cecinerunt, ut caderent muri Hiericho, sed et audita voce tubae dicitur universus populus ululasse ululatu magno, vel, sicut in aliis exemplaribus habetur, iubilasse iubilo magno.

¹¹² *Gal. 5, 17* caro enim concupiscit adversus spiritum.

¹¹³ *So im Druck statt te?*